



## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XII. Hyperduliæ species, Recitare nouies hanc B. Virgini Encomiasticam:  
Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

gratitudinis ergò, aut per se ipsi, aut per  
 alios, votivas memoriæ tabulas atque  
 anathemata monumento eius suspende-  
 re, perpetua dein veneratione, religio-  
 néque castissimum iuuenem profecutis  
 vt videatur Beatissima Virgo hunc ser-  
 uum suum ac filium Berchmannū non  
 modò viuum prærogatiuis, sed & mor-  
 tuum prodigijs ornare voluisse.

## X I L

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

Recitare nouies hanc B. V.  
 Encomiasticam : Beata viscera

MARIE Virginis, quæ portauerunt  
 æterni Patris filium.

## S. I.

**N**Ouenarius numerus apud Pytha-  
 goræos symbolum, & tessera fuit  
 hominis Martij & bellicosi teste Petro  
 Bongo cap. de Nouenar fol. 240, & An-

tonio Ricciardo Brixiano Commenta-  
 riorum symbolicorum tom. 2. v. Nu-  
 merus nouenarius 15. Nam Pythagori-  
 ci assignabant Marti & Scorpioni eius  
 domicilio nouenarium. Cum enim nati  
 alicuius horoscopus aucupari vellenti  
 nati & vtriusque nomen parentis (reli-  
 giosè, an supersticiosè nunc hîc non di-  
 sputo) computabant per singulas lîte-  
 ras, collectamque totius numeri sum-  
 mam per XII. diuidebant, & si re-  
 mansisset, I. significabant Leonem; II.  
 significabant Aquarium; si III. signifi-  
 cabant Capricornum; si IV. significa-  
 bant sagittarium; si V. significabant  
 Cancrum; si VI. significabant Taurum;  
 si VII. significabant Arietem; si VIII.  
 significabant Libram; si IX. significa-  
 bant Martem siue Scorpium, illius (v-  
 loquuntur) domicilium; si X. signifi-  
 cabant Virginem; si XI. significabant  
 Pisces; si XII. significabant Gem-  
 nos.

Similiter si nosse voluissent dominatorem Natiuitatis nati, perinde factitabant, vt supra dictum. Diuidebant nempe numeri summam per nouenariū subtrahendo quoties fieri poterat. Quod si remansisset vnitas aut quaternarius, significabat solem; si II. remansissent, aut VII. significabant Lunam; si III. significabant Iouem, si V. Mercurium significabant; si VI. significabant Venerem; si VIII. Saturnum significabant, si IX. Martem portendebant. Itaque Berchmannus noster à Pythagoræis (quamuis præter intentionem) nouenarium numerū symbolicum ac mysticum mutuatus, atque hac precatiuncula encomiastica & eucharistica, Mariana; Beata Viscera MARIAE Virginis, quæ porterunt æterni Patris Filium; quotidie nouies vsus, numerum Pythagoricum, mysticum, symbolicum exhibuit; Christianoque Orbi sese militem Christi bellicosum prorsus impavidumque professus; hac precatiunculâ encomiasticâ, eu-

charisticâ Marianâ, quasi acceptâ cœli-  
 cus tesserâ in Mundum, Carnem, Tartara  
 pugnavit, maximè in Mariomastyga  
 Nestorium Hæresiarcham, qui quia B,  
 MARIAM θεοτόκον id est Deiparam ne-  
 gavit, ideo Berchmannus prædicta præ-  
 catiuncula repetita toties, & hæresiar-  
 cham Nestorium & eius asseclas confu-  
 tavit, & fidei articulum, quo Christum  
 Dei filium in Virgine conceptum profi-  
 temur, confirmavit, & meritas Virgini  
 grates egit; quod mensibus omnino no-  
 vem Virgineo utero suo Christum ge-  
 stasset inclusum.

§. II.

*Premium Hyperdulie*

Sed quod huius Hyperdulie præmi-  
 Berchmanno repositum? Hoc etiam,  
 quod is qui DEI Matrem quotidie non  
 tærque quaterque, sed novies Beatam  
 prædicavit, nunc ad novem Angelorum  
 choros sublatus beatitudinis perfectio-  
 ne fruatur, Platoniceis quoque quondam  
 symbolis præsignata. Nam novenarius

numerus qui à Platonîcis in animæ constructione ponitur (religiosè an supersticiosè non disputo) perfectionem generatiuam & intellectualium regressum significat; sicut quaternarius animæ processum circa corpus, cum imitatione virium vitalium productiua. Sic Fabius Paulinus Hebdom. lib. 3. c. 3. Ant. Ricciardus Brixianus Comment. Symbolicorum t. 2. V. Numerus nouenarius 19.

## XIII.

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

**B. MARIAM DEIPARAM**  
 Virginem Gabrielis Angeli  
 verbis salutare.

§. I.

**C**ùm S. Mechtildis ordinem S. Benedicti professa aliquando secum di-

H 3 spu-

*Laur. Sur. in Vit. Ant. Balingh-*

*26. Feb. n. 2.*